in diuidue trinitatis patris et filij et ſpiritus ſancti Amen
cum ſit quod ſanctorum Reliquias quorum animas non
dubitamus cum Christo regnare in celis vniuerſi et ſinguli
vtriuſque ſexus Christi fideles pro amore venerar[i] debemus
in terris vt dei venerantes amicos nos diuinis beneplacitis
complaceamus et illorum qui corpora ſua propter diuini no
minis exaltationem et fidei Christi defenſionem diuerſis tor
mentorum generibus crudeliter ad ſupplitia tradiderunt pa
trocinia nobis vendicantes quod quidem nr̃is meritis nō
valemus apud deum cor meritis et interceſſionibus obtine
re mereamur Hinc eſt, quod Anno anatiuitate domini
milleſſimo quingenteſſimo octuageſimo primo indictione
nona die vero decimaquinta menſis ſeptembris pontificatus
ſanctiſſimi in Christo patris et domini nr̃i domini Gregorij
diuina prouidentia pape decimi tertij Anno decimo in mei
publici Notarij teſtiumq[ue] infra ſcriptorum ad hec ſpecia
liter vocatorum et rrogatorum preſentia perſonaliter conſ
titutus Reuerendus pater frater ludouicus Ruiz mona
chus ordinis ciſtercienſis et prior moneſterij ſancte ſuſan
ne ceſarau guſtane diöceſis aſſerens alias Reuerendum
patrem fratrem Joannem mendez ordinis predicatorum
prouintie Sancti Antonini noui Regni Granate noue hi
ſpanie indiarum occidentalium vigore ſupplicationis in
fraſcripte manu propria prelibati ſanctiſſimi domini nr̃i
pape cuius ad hec ſolam ſignaturam ſufficere voluit ſigna
te adiuerſis Eccleſijs et alijs locis ſacris tā vrbis quam extra e
ius muros multas ſacras plurimorum ſanctorum mar
tirum Reliquias extrariſſe et multas particulas illarum
mag[nifi]co domino hieronimo martre clerico Romano ac
vtriuſque iuris doctori dediſſe et prefatum dominum
hieronimum ex eiſdem ſacris Reliquijs aliquas particu
las ipſi Rᵈᵒ. patri fratri ludouico Ruiz dediſſe prout tam
de extractione quam de donatione earundem Reliquia
rum conſtat in actis mei notarij infraſcripti adquem o
mnibus et per omnia me refero tenor vero ſupplicationis
dequa ſup[ra] [illegible] ſequitur et eſt talis videlicet Bᵐᵉ. pater
exponit ſanctitati vr̃e. deuotus illius orator frater Joannes
mendez ordinis fratrum predicatorum prouintie ſancti An
tonini noui Regni Granate indiarum maris occeani et
in ſacra theologie preſentatus quod in prouintijs ſancti
Antonini noui Regni et ſancti vincentij de chiappa ſancti
jacobi noue hiſpanie et ſancti Joannes baptiſte del peru
nec non ſancte crucis in in ſula ſancti dominici et alijs
quibus cunque prouintijs pro tempore erigendis maris

enmen. ſobre rraydo / ri / li / locis sacris / sumpsit / mentio de